UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Ritter Hempo von dem Knesebeck läßt dem Herzoge Otto von Braunschweig und der Herzogin Agnes gewisse an Bürger in Salzwedel verkaufte Hebungen auf, am 5. Januar 1331.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

IV. Paridam, Anno und Wasmod von dem Kneſebeck verkaufen dem Ritter Burchard von Bartensleben vier Höfe zu Gruſendorf, am 21. Juni 1322.

Nos paridamus, Anno et Waſmodus, fratres et famuli, dicti de Kneſbeke, — quod vendidimus iuſto venditionis titulo honeſto militi Borchardo de Bertenſleue ſuiſque veris heredibus quatuor curias in uilla Grutzendorpe pro XX^ti marcis puri argenti cum omnibus attinentiis et omni iure — —. Predicta vero bona aut curias reemere poſſumus a feſto Johannis Baptiſte proximo vltra ad duos continuos, duobus vero hiis annis elapſis, ſi talia bona per nos redempta non exſtiterint, ſepedictus Borchardus, miles, pro bonis ſuis hereditariis libere poſſidebit. — Datum anno Domini M°. CCC°. XXII°., feria tertia ante feſtum Johannis baptiſte.

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive, nach Danneil's Mittheilung.

V. Ritter Hempo von dem Kneſebeck läßt dem Herzoge Otto von Braunſchweig und der Herzogin Agnes gewiſſe an Bürger in Salzwedel verkaufte Hebungen auf, am 5. Januar 1331.

Nos hemppo, miles, dictus de Kniſbek, preſentibus recognoſcimus, quod Johanni hartwici et Johanni prope fontem et helwico de ſtolppen et Thiderico de urſleuen et Johanni clot, ſartori, et henneken wentt, ciuibus in Soltwedel, vendidimus et dimiſimus in duabus curiis ville pritzir XXIX modios ſiliginis et IIII^or. ſolidos lunenbergenſium denariorum et IIII^or. ſolidos ſoltwedelenſium denariorum cum decima minuta earundem et Jure ſupremo et infimo et Aduocacia infra ſepta curiarum dictarum ad manus congregacionis, que dicitur ellengilde, quos eciam redditus per nos rite venditos et voluntarie cum abnegacione pheodi illuſtri principi ac domino, domino Ottoni, duci brunſwicenſi, ac eius nobili conthorali, domine Agneti, per Johannem hartwici et Johannem prope fontem, Ciues in Soltwedel, reſignamus et preſentibus offerimus et tranſmittimus conferendos. In ſignum autem premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Sub Anno domini M°. CCC°. XXXI°., in vigilia epyfanie domini.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Salzwedel Fach 12. Nr. 19.